

admonere, ut confiteantur, vel saltim Matrimoniū cum contritione vel attritione [estimata contritione] contrahant. ¶ Item debet scire impedimenta, quæ impediunt contrahendum, & quæ dirimunt contractum.

Quia alias non recte exequeretur suum officium, & Sacramēto Matrimonij injuria interrogaretur, dum inualide celebratur. Circa hęc omnia videat Curatus Concilium Tridenti. Sess. 24. vbi supra c. 2. 3. 4. vbi restringuntur impedimenta, &c. Quoniam hęc omnia pertinent ad officium suum. Et sciat quod impedimentum quod propter affinitatem ex consecratione contractum, inducitur, ad eos tantum qui primo, & secundo gradu coniunguntur, se extendit, ut Pius. 5. declarauit.

¶ Debet etiam scire, quod benedictiones nuptiales dari non possunt ab Aduentu Domini nostri Iesu Christi, usq; in diem Epiphanie, & à feria quarta Cinerum, usq; in Octauam Paschatis inclusive, in aliis vero temporibus nuptias sollemaiter celebra i permittit, Concil. Triden. vbi supra, cap. ultimo. de Reformat. Matrimonij. ¶ Et similiter scire debet quod istę benedictiones nuptiales dari prohibentur quando uterq; illas recepit, cap. Capella